



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313276>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

中國通志卷之四十四

12.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,
QUAS,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI
HENRICI EGBERTI VINKE,
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,
NEC NON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU
ET
NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,
Pro Gradu Doctoratus
SUMMISQUE IN
JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
JANUS JACOBUS DE GEER,
e pago Jutphaas.
A. D. XXIX M. JUNII A. MDCCCLIV, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,
APUD J. DE KRUIJFF.
MDCCCLIV.

TYPIS MANDAVERUNT

L. E. BOSCH ET FILIUS ET VIDUA P. MUNTENDAM ET FILIUS.

THESES.

I.

Definitio institutionis captatoriae, quam proposuit BILDERDIJK (TEISTERBANT) (*observ. et emen.* II. cap. I), minus probanda est.

II.

Non assentior BYNKERSHOEKIO statuenti, institutionem per captationem elicitam non valere.

III.

Nulla mihi videtur antinomia inter L. 45 pr. D. de solut. et L. 34 D. de pign. act.

IV.

Propter spectra, quae in aedibus videntur, non rescindi locationem debere, parum probavit CHRIST. THOMASIVS (*de non rescindendo contractu conductionis ob metum spectrorum*).

V.

Si debitor injuste absolutus est, pignus liberatur, nec obstat L. 27 D. de pignor. nec L. 60 D. de cond. indeb.

VI.

Ut uxor rei domesticae non habeat administrationem, et maritum contrahendis debitis gravare non possit, bonorum administratio ei per judicem interdicenda est.

VII.

In tribunali cognoscente de causa principali non potest adjudicari quaestio incidens, quae movetur ad emendandas tabulas status civilis, nisi forte sit tribunal in art. 71 C. C. significatum.

VIII.

Locator domus, qui mutando formam vicinae domus, usum locatae minuit, conductori non tenetur.

IX.

Conventio de mercibus in fraudem legum de vectigalibus in civitatem peregrinam inferendis (drijven van smokkelhandel) valet.

X.

Jus decimarum est jus in re immobili.

XI.

Art. 700 C. M. improbandus mihi videtur.

XII.

Mercator propter unam negatam solutionem decoctor declarari potest.

XIII.

Minus probanda videtur distinctio in art. 642 C. M. inter adsecuratorem nauli et navis.

XIV.

Jus retentionis, quo quis utitur adversus debitorem, non valet in creditorum concursu.

XV.

Qui jussu judicis delegati, in casu art. 825 C. M. ad judicem ordinarium mittitur, procuratoris non eget auxilio.

XVI.

Praeceptum quo in art. 218 Cod. Quaest. Crim. regula non bis in idem confirmatur non omnino probandum est.

XVII.

Conatus bigamiae puniri nequit.

XVIII.

In socios suicidae poena statuenda est.

XIX.

Judici delegato quamvis jure nostro non liceat cautionem exigere a reo libertatis servandae causa, attamen tribuenda haec facultas videtur.

XX.

Criminis praescriptio omnino probanda, non item poenae.

XXI.

Morte civili sublata, ad eam damnati reviviscunt.

XXII.

Improbandus ROUSSEAU dicens: » *Que de crimes, de meurtres, de misères et d'horreurs n'eût pas épargnés au genre humain celui qui arrachant les pieux, ou comblant le fossé, eût crié à ses semblables: Gardez vous d'écouter cet imposteur! Vous êtes perdus si vous oubliez que les fruits sont à tous et que la terre n'est à personne.* »

XXIII.

Non bene dicit MONTESQUIEU *Esprit des lois* XIX.
chap. 8. » *A force de se rendre l'esprit frivole, on aug-
mente les branches de son commerce.* »



